

alie licite vel illicite onerentur in portibus et litoribus seu
maritimis ipsis vel exonerentur, nec abiuncte aliquatenus ex-
trahantur, et statim, se data temporis tempestate, a locis
ipsis recedant ^{et} conferant se ad portus statutos.

[2.] que omnia, sicut gratiam nostram caram labe-
tis et personarum vestrarum pericula ac bonorum omnium
dispendia cupitis evitare, omnia et singula, sicut superius
dicta sunt, officii vestri tempore curetis inviolabiliter ob-
servari.

[3.] ad maiorem quoque cautelam inhibeatis ex parte
regie et nostre omnibus prelati comitibus et baronibus
iurisdictionis vestre in maritimis et locis maritimarum
adiacentibus terras habentibus, quod ~~ipsi~~ in terris eorum
portum facere non presumant, et quod nulla victualia
et merces aliquas de maritimis seu litoribus terrarum
eorum cum vassellis magnis vel parvis per mare extrahant
aut extrahi faciant vel permittant, cum licencia extrac-
tionis huiusmodi regio nostre beneplacito reservetur,
utpote res totaliter pertineus regie dignitati.

[4.] et si forte aliqui prelati comites vel barones in
maritimis et locis adiacentibus maritimas terras habentes
contra prohibitionem huiusmodi in terris eorum portum
facere presumpserint et victualia seu merces aliquas
de ~~maritima vel litoribus terrarum~~ locis ipsis cum
vassellis magnis seu parvis per mare extraxerint vel
extrahi fecerint aut permiserint, ipsorum nomina
et cognomina, loca, in quibus portum fecerint seu per-
miserint, ac totam seriem ipsius negotii statim nobis

(In maritima vel litoribus
terrarum vel extrahi eorum
portum facere presump-
serint, aut victualia
vel merces aliquas de)

~~extrahant~~